135 184 134

Q. Remanent

Bocki super desolationem Juramentu

Famati Andreas Zachowski Proconsul Laurentius Jaroszyk Laurentius Jeworek Consules oppidi Bocki haereditatis Magnificorum Martini Szyskowski et Leonorae Sapiezanka coniugum super veram conflagrationem in eodem oppido domorum quatuor et desertationem ac annihilationem domorum aliarum quatuor quod nullus in eis habitat nullumque commodum nec contributiones publicae ex eis percipi possunt juramentum corporale interveniendo juri communi in facie offi praedicti juxta rotam ab offo pronunciatam praestiterit et debite sunt exequuti quod eis est inscriptum et extraditum.

Honesti Simon Michalowic de Knorydy Petrus Pawlowic de Krasne Advocati jurati et subditi haereditatis Magnificorum Martini Szyskowski et Leonorae Sapiezanka coniugum super veram conflagrationem in villa Sturawies domum unam in uno manso et in villa Mokre unius domus in quibus quartis mansi possessor nec non super veram desolationem et desertationem in villa Knorydy septem domorum et mansorum decem in villa Mokre domorum quinque et mansorum binum cum medio in villa Krasne domorum octo mansorum vero quatuordecim et unius medii mansi possessorum juramentum corporale super imaginem Passionis Jesu Christi crucifixi in facie judicii praesentis quod vere sunt desertati nulloque modo ex eis contributiones publicae exigi possunt flexis genibus praestiterunt et debite sunt exequuti quod eis est inscriptum et extraditum.

Subditorum M. Sczawinski Juramentum

Famati Albertus Boyko Sadlinus Stephanus Szut Nobiscita de oppido Kamieno subditi Magnifici Thomae Sczawinski Castellani Podlachiae inhaerendo protestationi certae per se coram offo praedicto feria secunda ante festum Purificationis Gloriosae Virginis Mariae anno praedicti contra generosos Lesz Kol et Kryk Rothmagistros seu praefectos militiae Gnosi Korpch supremi Capitanei Oberster eiusdem militiae Ratione ab ipsis contra libertates Nobilitatis jura Regni Statuta violentam exactionis bonorum mobilium rapinis et oppressioni damnorumque ad mille flor. pol. illationis factae vi ipsius protestatio de hisque latius obloquitur juramentum super